

in strengianes. III. marchas denariorum, fratribus in eskilstunum. III. marchas, fratribus in iulatum. III. marchas fratribus in arbwgha. II. marchas. fratribus in nýcopia. II. marchas, ecclesie sancti nicolai ibidem .VII. marchas, conuiuio sancte marie virginis ibidem. VI. marchas, pro pecunia ecclesie sancti nicolai legata, deputo. II. solidos terre in kærue, dimidiam oram terre deputo, sitam in byrkistum, cum dimidio solido terre in skægestum, pro pecunia conuiuio delegata, ecclesie fors marcham, curato ibidem vnam vaccam, vicario dimidiam marcham, ecclesie thorsherghý marcham. curato ibidem vaccam, vicario dimidiam marcham ecclesie tunbohæradhý vnam marcham, curato ibidem vaccam, vicario dimidiam marcham, ecclesie øium vnam marcham, curato ibidem vaccam, ecclesie in flodwm marcham, curato ibidem vnam vaccam, vicario dimidiam marcham, ecclesie thraboheradhe vnam marcham, ecclesie hildinghe marcham, curato ibidem vnam vaccam, domino thome in hwsaby .IIII. marchas, ecclesie Rýthro marcham, JN cuius rei euidenciam, siggillum meum, cum siggillo dilecti patris mei, necnon et siggilla nobilium personarum, videlicet domini philippi ingewaldsson, domine abbatisse in monte beate virginis, ac petri aduocati in dafhø, duxi presentibus apponenda, Actum anno domini. M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XVIII<sup>o</sup>. die lune, proxima, ante festum beati sigfridi.

*På frånsidan.* Super quibusdam bonis in aarby parrochie thorshergh.

Sigillen N. 1, 2 fullständiga; 3—5 något skadade, alla adliga, utom N. 4.

2134.

1318 d. 27 Febr.

Helsingör.

Konung BIRGER pantsätter Småland med Wisingsö hos Konung Erik Menved i Danmark, som säkerhet för återbetalandet af de summor, hvilka sistnämnde Konung kan behöfva använda till Konung Birgers understöd i kriget mot Hertigarne Erik och Waldemar samt deras anhängare, intill dess fred kan vinnas med dem, m. m.

Orig. på perg. i K. Geh. Arch. i Köpenhamn\*).

Omnibus presentes litteras inspecturis BIRGERUS Dei gracia Sweorum Gothorumque Rex Salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium notum facimus vniuersis, Anno Domini Millesimo CCC<sup>o</sup>.XVIII<sup>o</sup>. in secunda feria proxima post festum beati Mathie apostoli, in villa Helsinghøør fuisse inter Magnificum principem Dominum Ericum Dei gracia Regem Dacie fratrem

\*) I afskrift benäget meddelad af Registratorn vid nämnda Archiv, Hr Professor N. M. Petersen.

nostrum ex vna parte, et nos ex altera, in modum qui sequitur, placitatum. Quod ipse Dominus Er[icus] Rex Dacie in presenti guerra, quam habemus contra Dominos Er[icum] et W[aldemarum] Duces Sweorum fratres nostros et eorum homines ac fautores quoslibet, nos contra eosdem cum hominibus suis nunc apud nos in regno Swecie existentibus, et nobis ad huc mittendis iuuabit et astabit firmiter cum effectu, donec ipse super guerra predicta nobis sonam et concordiam plenariam poterit procurare. quas quidem sonam et concordiam idem Dominus Er. Rex quandocunque et modo quocunque sibi placuerit et expedire videbitur facere, plenariam habeat potestatem. ita quod nec nos nec quisquam nostro nomine contradicere et negare poterimus sone et concordie, quas ipse super dicta guerra et singulis eandem guerram tangentibus duxerit statuendas. pro quo quidem iuuamine et astantia, et pro dampnis ac deperditis in dicta guerra nunc habitis et habendis in eadem, Nos predicto Domino Regi Dacie et suis successoribus omnes terras nostras in Smalandiis, quas nunc habemus, sitas inter confinia terrarum Dacie et Swecie ex vna parte, cum insula dicta Wisinghøø, et suis pertinenciis omnibus, ac singulis aliis bonis nostris in prefatis terris, quocunque nomine censeantur, usque ad distinctionem terre Ostergothlandie ex parte altera, per presentes titulo pignoris obligamus. et ordinabimus, quod Episcopus ceterique homines nostri omnes in dictis terris et honis residentes, et bona ibidem habentes, ipsi Domino Er. Regi Dacie et suis successoribus homagium et fidelitatem facient de bonis suis omnibus existentibus in terris supradictis. quas quidem terras omnes et insulam Wisingsøø, cum castro in eadem insula sito, memorato Domino Regi Dacie nunc auctoritate presencium resignamus, per ipsum Dominum Regem Dacie et successores suos in Regno libere ordinandas, donec pro dampnis et deperditis, que dampna et deperdita racionabiliter docere poterit se et suos habuisse et sustinuisse in guerra predicta, predictae terre et bona ab ipso Domino Rege Dacie vel suis successoribus, per nos vel successores nostros in regno iuste et racionabiliter redimantur. Placitatum est insuper, quod Nos vnam vel duas municiones in jam dictis terris, in locis, ipsi Domino E. Regi Dacie placentibus, et que ipse nobis ad hoc duxerit exprimenda, cum adiutorio suo construemus in nostris sumptibus et expensis. quas quidem municiones ipsi Domino Regi Dacie vel suis successoribus libere resignabimus requisiti. Placitatum est eciam et firmiter promissum, quod nec nos nec liberi nostri aut quisquam alius nostro nomine ipsum Dominum Regem Dacie aut suos successores, vel ipsorum homines, super premissis terris, bonis seu municionibus, aut eorum aliquibus impediemus in aliquo vel molestabimus. sed si quis hoc attemptare presumpserit, contra hunc Nos antedictum Regem Dacie et suos succesores in-

desinenter iuuabimus in futurum, quod premissis terre, bona et munitiones libere sub sua et suorum successorum ordinatione permaneant, donec, vt premittitur, redimantur. Pro quibus omnibus vna nobiscum firmiter promittunt, Magnus filius noster, ac venerabiles patres, Domini Olauus Dei gracia Archiepiscopus Vpsalensis, et Jsrael Arosiensis, ac Magnus Wexionensis Episcopi, nec non Nobiles viri, Domini Johannes Brunkowe Dapifer noster, Haquinus Læmæ Marscalcus, Kanutus Jonsson, Stephanus Røriksson, Petrus Liquidsson, Tuko Jonsson, Benedictus Boson, Røricus Birgersson, Petrus Rangwaldsson, Hemmingus øgisleson, et Karulus Orysteson, milites, item discreti viri, Petrus Andersson camerarius noster, Conradus Ysrn [ø: Ysern], Sighmundus Keldorsson, Magnus Benedictsson, Thorstanus Gudhwasteson, Lyderus Fos, Petrus Sibbeson, Nicolaus Magnusson, Birgerus Knutsson, Ericus Cristiernsson, Liquidus Cristiernsson, Benedictus Thurisson, Karulus Thurisson, Thurgillus Benedictsson, Martinus Bænæson, Karulus Benedictsson, Johannes Sigtryghson Johannes Howuth, et Bo Howuth, armigeri. quorum predictorum, videlicet Domini Johannis Brunkowe Dapiferi, Petri Andersson Camerarii, et Petri Sibbeson, sigilla, vna cum secreto nostro, in premissorum euidentiam presentibus sunt appensa. Datum anno, die et loco supradictis.

Sigillen saknas.

2135.

1318. d. 28. Febr.

Avignon.

Påfven JOHANNES XXII anbefaller Kaniken Redhar Olofsson i Westerås, att undersöka och afdöma tvisten emellan Kyrkoherden Peter Eskilsson i Håtuna och Ärkebiskopen, i anledning af den förres anförda klagomål.

Orig. Bullan på perg. i Kongl. Bibl.

JOHANNES episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Redharo Olau Canonico Arosiensi, Salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Petrus Ekilli(!) Rector ecclesie in Hatunum vpsalensis diocesis, quod Venerabilis frater noster . . Archiepiscopus Vpsalensis super terris debitis possessionibus et rebus alijs iniuriatur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias, causam et appellatione remota usuris cessantibus debito fine decidas, faciens quod decreueris auctoritate nostra firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, uel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione II Kalendas Martij Pontificatus nostri Anno Secundo.

*På uppvecket:* R. Jac. Reat. — *På fränsidan:* Jacobus de Aquila.

Blybullan hänger på segelgarnssnöre.